

MAGNUM  
BULLARIUM  
ROMANUM,  
A B. LEONE MAGNO USQUE  
AD S. D. N. CLEMENTEM X.

OPUS ABSOLUTISSIMUM LAERTII CHERUBINI,  
præstantissimi Jurisconsulti Romani; & à D. Angelo Cherubino, Monacho  
Cassinensi, novissimè verò à RR. PP. Angelo à Lantusca, & Joanne Paulo à  
Roma, Ordinis Minorum S. Francisci Strictioris Observantiæ, quinti Tomi  
editione illustratum, & auctum.

EDITIO NOVISSIMA.

*Quinque Tomis distributa, Vitis & Iconibus aëcis omnium Pontificum decorata:  
in qua non solum Constitutiones omnes S. D. N. URBANI VIII. quotquot  
reperiri potuerunt, ordine temporis inserta, Appendicesque dua suis restituta  
locis; verum & S. D. N. INNOCENTII X. ALEXANDRI VII. CLEMENTIS IX.  
& CLEMENTIS X. Constitutiones usque ad hanc diem emanata, superadditæ  
sunt, Rubricis suis, & Scholiis convenientibus, Summarisque marginalibus  
exornata, ac tandem uberioribus quam antea Indicibus locupletata.*

TOMUS PRIMUS.



LUGDUNI.

Sumptibus PETRI BORDE, JOANNIS & PETRI ARNAUD.

M. DC. LXXXVII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

JULIUS TERTIUS.

manuscriptis, hac vice demum specialiter & expressè derogamus, contractis quibuscumque, aut si aliquibus communitatibus vel divinis ab eadem sit Sede indulgentiam, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, ac eorum personis, locis, ordinibus & nominibus propriis mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, vestra jurisdictionis exercitio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua, cujusque toto tenore de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

Declaratio  
in  
nostris  
litteris  
continetur.

§.4. Cæterum etiam volumus, & dicta auctoritate Apostolica decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullò fuerit impedimento canonico prædicitus, quoque à dat. præsentium sit vobis, & unicuique vestrum in prædictis omnibus & singulis, cæptis & non cæptis, præsentibus, & futuris perpetua potestas, & jurisdictionis attributa, ut eo vigore, eaque firmitate possit in præmissis omnibus, cæptis & non cæptis, præsentibus & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia & singula coram vobis cæpta fuissent, & jurisdictionis vestra & cujuslibet vestrum in prædictis, omnibus & singulis, & per citationem vel modum alium perpetua legitimè extiterit, constitutione prædicta super conservatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obstantes.

Non impeditur  
in  
nostris  
litteris  
continetur.

§.5. Verùm quia difficile foret, præsentibus litteris ad singula, in quibus de eis fides forsan facienda fuerit, loca deferre, etiam volumus & Apostolica auctoritate prædicta decernimus, quod ipsarum transumptis manu notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Curie Ecclesiasticæ vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis ea protus fides in judicio & alibi, ubi opus fuerit, adhibeatur, quæ adhiberetur præsentibus, si forent exhibite vel ostense, eidem præsentibus perpetuò valituris.

De P. An. d.  
de 11. Aug.

Dat. Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo, tertio Idus Augusti, Pontificatus nostri Anno 1.

XI. Contra impediētes Inquisitores hæreticæ pravitatis in eorum officio, aut in causis inquisitionis se ingerentes. Et contra ipsos Inquisitores, admittentes laicos ad criminis hæresis cognitionem.

Ad has vide Pii V. consil. 82. Si de protegendis, ubi notabo.

Littera An. D.  
1551.

I V L I V S E P I S C O P V S,

Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Inquisitores à  
nostris impediētes  
in  
nostris  
litteris  
continetur.

Licet à diversis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, etiam per speciales constitutiones in corpore juris insertas fuerit ritè, & salubriter sancitum atque decretum, ut sæculi potestates, & Domini temporales, ac Provinciarum, civitatum, terrarum, & locorum quorumcumque rectores, quibuscumque dignitatibus, vel officiis, aut nominibus censentur, dicecensan Episcopi & inquisitoribus hæreticæ pravitatis in ipso inquisitionis negotio favent & assistant, nemoque ex prædictis potestatis, dominis & rectoribus, eorumque officialibus de crimine hæresis, cum merè sit Ecclesiasticum, quoquo modo cognoscat vel judicet, neque dicecensano Episcopo vel inquisitori ipsius inquisitionis negotio incumbenti se opponere, aut ipsam aliquatenus impedire, vel impediētibz auxilium aut favorem scienter dare audeat, perpetuè damnationis sententia in eos qui contra prædicta fecerint promulgata, quam si per annum animo sustinuerint pertinaci, ex tunc velut hæretici condemnentur: usque adeò tamen in omnibus fere, non solum Italian, verùm etiam aliis Provinciis, civitatibus, terris & locis, complurium laicorum, ut acceptimus, mundanæ gloriæ processit ambitio, vel factorum

Canonum inficitia, vel Ecclesiasticæ disciplinæ contemptus, ut in summam suarum perniciem, &que interitum, dicecensano Episcopo, & Inquisitores à Sede Apostolica institutos inquisitionis officium exercentes, alii sub justitiæ prætextu, ne ulli scilicet fiat injuria, impedire, alii vero sub pietatis colore, ut fontes scilicet severius puniantur, se ipsi dicecensanis Episcopis & Inquisitoribus adjungere, & unà cum eis de ipso hæretici crimine cognoscere, processus formare, formatoque suo iudicio submittere non erubescant.

§.1. Cui sanè morbo jam nimis latè progredienti solitam ac salutarem Ecclesiæ medicinam pro nostra pastoralis sollicitudine afferre cupentes, sæculi potestates, dominos tempore, ac Provinciarum, civitatum, terrarum & locorum rectores supra dictos, necnon quoscumque alios sæculares personas, tam privatas quam publico quovis munere fungentes, requirimus, & monemus, ac citi Jesu Christi Redemptoris nostri) cujus vice, & acie immetiti, gerimus in terris nomine præcipimus, dicecensanos Episcopos & Inquisitores ipsos in sua inquisitionis negotio ullo modo impediant seu perturbent, neque se in hæresis crimine cognoscendo vel judicando quovis, etiam assistentiæ & favoris colore, causa vel occasione (nisi quatenus ab ipso dicecensano Episcopo, aut Inquisitoribus spontanea & libera eorum voluntate fuerint requisiti) se ingerant, ordinationes, provisiones, & leges quascumque, de ipsius criminis cognitione latas sacris canonibus obstantes, & Ecclesiasticam jurisdictionem impediētes sine mora abrogent & deleant, pro ut etiam nos eas omnes invalidas fuisse & esse decernimus & declaramus, ac eæ nunc pro abrogatis & deletis haberi volumus, & mandamus.

Pontifici idem  
prædicti, ut  
dicitur in  
nostris  
litteris  
continetur.

§.2. Qui moniti his nostris non obtemperaverint, quive scienter in prædictis consilium, auxilium, aut favorem dederint, noverint se non solum per sacras dictorum prædecessorum nostrorum constitutiones, verum etiam per hanc nostram sanctionem sive sententiam & declarationem perpetuò duraturam (quam auctoritate Omnipotentis Dei, ac beatorum Apostolorum Petri & Pauli ac nostra in ipsos non obtemperantes, quantum illi præfulgeant dignitate, in his scriptis profertur) communionis hædium, & omnium Ecclesiasticorum sacramentorum perceptione privatos, ac maledictionis, ac execrationis æternæ vinculo ligatos, anathematique & majoris excommunicationis mærone percussos, ita ut nemo unquam in præmissis delinquens, nisi à nobis & successoribus nostris canonice intrantibus, etiam prætextu quorumcumque facultatum, concessionum, & gratiarum, etiam confessionum nuncupatarum, etiam à nobis & dicta Sede hæcenus emanatarum, vel in posterum emanandarum specificam & expellam, ac alias quam per verba generalia, de præsentibus nostris litteris mentionem non facientum, præterquam in mortis discrimine, absolvi possit.

Inhibitionis  
sententia  
continetur  
in  
nostris  
litteris  
continetur.

§.3. Quibus etiam censuris ipsos dicecensanos Episcopos & Inquisitores subjacere volumus, si laicos secum quomodocumque de ipso crimine cognoscere aut judicare permiserint.

Inhibitionis  
sententia  
continetur  
in  
nostris  
litteris  
continetur.

§.4. Ut autem præmissa omnia ad eorum quorum interest notitiam deducantur, nullusque de eis ignorantiam justè prætereundè possit, volumus & Apostolica auctoritate decernimus, quod præsentibus litteris per aliquos Cursores nostros, aut notarios publicos in Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & Ecclesiæ Lateranen. Cellulariæ Apostolicæ valvis, necnon ac Campi Florent. moris est, publicentur, eorum exemplo in singulis valvis & acie hujusmodi affixo & dimisso. Nulli ergo, &c.

Inhibitionis  
sententia  
continetur  
in  
nostris  
litteris  
continetur.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, quinto decimo Kal. Martii, Pontificatus nostri anno 2.

De P. An. d.  
de 11. Aug.

Letta, & publicata fuit die veneris sancti in Capella Sanctitatis suæ, dum divina celebrarentur officia.

De P. An. d.  
de 11. Aug.

Anno Domini 1551. indictione vna, die vero 2. mensis Martii, Pont. S. D. N. Iulii divina providentia Papa III. anno ejus 2. Retroscripta littera: fixæ & publicatæ fuerunt in vultu seu portis Prætorii

De P. An. d.  
de 11. Aug.

